

Gustat dul- gratia; & sapor Eucharistia, nisi ab his, qui se in- ceatim Eu- de seipsum corae transferunt, & annuuntur ab em- charistia qui- ni carnali voluptate, ac humano commercio, demuntur a- Pl. 64. n. 13. In gustu speciosa deseri, & exul- mundanis Plalm. 64. i. i. n. col. es. a. ci. gerunt. blae enim sunt spe- ei sa deserti quae se ipsa deserta faciunt, nec in eis qa equam colat mundus; & colles tam altorum cordium frequenter exultatione divina conio- lationis accinguntur.

Undecimò, ut dicitur Num. 11. n. 9. Cumque Num. 11. de canari nocte super castra, ros ascendebat Exod. 16. pariter, & manna, & etiam ut dicitur, Exod. 6. n. 14. iuxta Hebraicam radicem; Mane quoque fuit operimentum rosi; proindeque ante manna descendebat ros, & post ipsum manna etiam veniebat ros tanquam illius operimentum, & manna erat in medio; ante manna descendebat ros, quia ante hoc Sacramentum debet praecedere ros doloris, contritionis, ac lachrymarum; & inde etiam post illud debet succedere ros devotionis compunctio, nis, ac timoris Domini.

Duodecimò Richard. de S. Laurent. lib. 12. de laudibus Mariae, expl. cans cur Christus D. dicitur manna sic ait Deus & homo sumitur in hoc Sacramento, & quid adhuc? quia cum rore descendebat, & semper colligebatur, sic & Christus in hoc Sacramento cum rore gratiae debet sumi, nam qui aliter accipit iudicium sibi manducatur, & b. i. i. Cor. n. 11. Descendebat ros, pariterque manna, quia hoc Sacramentum semper debet descendere in anima cum rore gratiae & virtutum, aliter iudicium & mortem sibi manducat homo.

Decimotertio ut dicitur Exod. 16. n. 17. Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus paraverat, reperit minus; sic verè dicitur in hoc Sacramento; fracto deum Sacramento, ne vacilles, sed memineris tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur. Decimo quarto sapor mannae erat quasi similia cum melle, Exod. 16. n. 31. Per quod denotatur puritas humanitatis Christi cum suavissimo Divinitatis melle. Decimo quinto, manna, ut dicitur Num. 11. n. 8. referebat saporem panis oleati, id est, frixi in oleo, propter misericordiae affluentiam quae est in hoc Sacramento.

Decimo sexto, manna, ut dicitur Sap. 16. n. 27. Ex quo radio solis calefactum tabescebat, at igni expositus coquebatur, & suave, ac solidum alimentum reddebatur ad dulcem hominis sustentationem, ut dicitur Num. 11. num. 8. Hoc divinum Sacramentum ad solem, ac evidentiam naturalis rationis, ac humanae curiositatis liquefit, dispacet, ac transcendit omnem intelligentiam; ac receptum inter ignem amoris ac charitatis fit dulce, ac perjuendum animae alimentum.

Decimo septimo, manna dicitur Sap. 16. n. 20. Justis esca erat cum omni delectamento, & saporis suavitate ac omni dulcedine; at malis movebat stomachum ac interitum. Num. 21. n. 5. Anima nostra naufragat super cibo isto levis- simo. Eucharistia bonis summè sapit, eisque affert omne delectamentum cum omni suavitate, at malis nausea est ad afflictionem, & mortem. Iudicium sibi manducat.

Decimo octavo, singulis diebus praeter Sabbathum colligendum erat manna & hoc si quidem summo mane, ut habetur Exod. 16. n. 21,

in e Sacramentum toto vitae tempore frequen- tandum, & hoc cum summa cura, ac diligentia excluda omni pigritia, ac somnolentia; in Sabbatho vero illius temporaria quietis (hoc enim Sabbathum Hebraice significat) jam non sub speciebus Sacramentalibus, sed facie ad faciem Christum intuebitur.

Decimo nono, v. Gaudens tract. 7. acutè dubitavit, cur i. eus manna pabulum distulit filiis Israël usque dum profecti sunt de Aegypto? & rem maximè exaggerat Iosephus lib. Antiquit. cap. 1. ubi testatur manna ferculum accepisse Israelitas, donec quacumque portabant ex Aegypto penitus consumpta fuit; quod sacro textui consonum est, Nam Exod. 16. n. 4. refertur populum gravi fame oppressum, & tunc manna accepisse ad quod respondet Cardinalis Hugo ad cap. 13. Ioan. Datum est eis manna, inquit, per quod corpus Domini significatur; & dicitur quod non habuerunt manna, quousque accipere farina, quam asportaverant ac Aegypto, id est peccatum. Tanta puritate ad Sacramentum altaris Sacramentum est accedendum, ut ne minimum culpa pulvis (de gravi loquor) adesse debet in anima suscipientis. Et ideo tota farina ex Aegypto defecit antequam filii Israël manna acciperent; vel dico quod Sacramentum Eucharistiae pure & sine missione temporalium fumendum est, & ideo tota mundialis farina ex Aegypto defecit antequam manna umbra Eucharistiae populus reciperetur, ut ita pure, & sincerè manna gustaretur.

Vigesimo, de manna dicitur Sap. 16. n. 20. Paratum panem de Caelo praestitit illis sine labore omne aelestamentum in se habentem & omnis saporis suavitatem. Umbra erat manna huius Sacramenti, quod est omne datum optimum, datum, quia hic Filius Dei quotidie datur nobis & a Patre, & a se ipso, & a Spiritu sancto, est optimum, quia ut ait Zach. 9. n. 17. Quod bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum gemmans viginis, & est omne, sufficientia & abundantia omnium bonorum descens a Patre luminum. Pater meus dicit vobis panem de Caelo verum. Ioan. 6. n. 32. Unde ait D. Pasch. de corp. & sanguin. Dom. n. cap. 9. Quidquid enim praegustare spiritualiter poteris hoc totum tibi invenies.

De hoc Eucharistico epulo ait Christus D. suis Discipulis Luc. 22. n. 30. Et ego dispono vobis, sicut disposui mihi Pater regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam. Rex est qui suis parat convivium; Rex est, quo duce virgo sapiens vinum haurit Eucharisticum Cant. 2. n. 2. sic enim virgo, Introduxit me Rex in cellam vinearum, &c. Cur non frater? cur non sponsus? cur non amicus? sed Rex est, cum cenam parat Eucharisticam deus Optim. Maxim. abstinet ab hisce nominibus Virgo sapiens, & Regem vocat ut ostendat magnam esse venerationem ea in Coena, qua Deus rerum totens, ac Rex est, ex quo sapienter exultans Pater: Introduxit me Rex in cellam vinearum. Praclare Chryl. sermon. 9. ad Lucae textum citatum; qui pervenire Regis meretur ad mensam, manducabit quidquid regni dominatio possidet, & potestas. Rectè cum Dominus parat convivium Eucharisticum, non dicitur frater, non sponsus, non amicus, sed Rex, qui in hoc convivio totam suam magnificentiam exhibet, & quidquid potestatis, ac

excellentiae est in regno Caelorum eius totum hic effundit, & praebet. Manducabit quidquid regni dominatio possidet, & potestas.

366. Cum adhuc in matris utero existerent Phares, & Zaram, de primatu contendeant; tamen Zaram fratri Phares nascendi tribuit optionem. Ait textus Genes. 8. n. 17. Instante autem partu apparuerunt gemini in utero: quae in ipsa effusione infantium unus protulit manum, in qua obiectrix ligavit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. Ille verò retrahente manum egressus est alter. Si Zaram paulò ante totis viribus cum fratre contendebat in ortu prioritatem, proindeque in domo paterna primatum, & hac de causa tanquam locum occupans, manum protulit, cur tam subito fratri cessit, ut prior nascatur, ut primogeniturae iure in domo paterna gaudeat? cur sic contempsit paternam hereditatem? Ligavit obiectrix in manum eius coccinum. Quod Christi sanguinem praenotabat. ut docet D. Cyrill. Alexandrin. apud Lippomanum, coccinum ait, sancti spiritum Christi sanguinem signat. Zaram ergo, qui fortiter, ac viriliter contendebat cum fratre pro prioritate locis, ac primo geniturae praerogativa, ut in vitra coccinea pignus accepit poculum Eucharistici sanguinis Christi, statim omnia alia contempsit & paternam iura fratris dimisit ac si diceret, mihi sac est pignus poculi Eucharistici, tibi caetera. ac quancumque amplam divitiarum suppellectilem relinquo ac dimitto: nam in hoc pignore omnia obtineo, & habeo.

QUESTIO XLIX.

Septem expositiones de calculo candido, Et praecipua de Eucharistia expenditur.

367. Aretas. Beda. Victor. D. Hieron. Haymo. Aridè Interpretes, calculum candidum accipiunt. Primò Aretas. claritatem, ac excellentiam nominis Secundò Beda ait, quod calculus candidus est corpus in Baptismo candidum, postea verò resurrectionis gloria resurgens. Tertio Victorinus, calculus candidus, ait, est praecara gemma, scilicet adoptio hominis in filium Dei. Quarto, calculus est Evangelium Christi, in quo scriptum est nomen eius, sive doctrina eius pura, & candida. Quintò D. Hieronym. Epistola 153. ad Damasculum, quae incipit Septuaginta, & Haymo inquit, quod calculus candidus vocatur carbunculus eo quod in tenebris, quasi carbo ignitus fulgeat, & est Verbum caro factum sive ipse Christus. Sextò, Ansbertus, calculus hic, ait, est charitas, quae candorem habet, quia vestis est, & ignem, quae amor est: sic loquitur Haymo, Habet enim charitas candorem, & ignem candorem scilicet qui vestis est; ignem vero quia amor est, ipsa enim velut mundissima vestis, operis nigredinem peccatorum; ipsa velut ignis vehementissimus, amor accendit in coribus Sanctorum. Rectè per hunc calculum seu lapidem candidum charitatis vestimentum exprimitur. cum de Sanctis Praedicatoribus in hac Apocalypsi c. 11. n. 6. exierunt de Templo vestiti lino, seu ut alii legunt, lapide mundo, & candido. Et ipsum

charitatis vestimentum quod constat ex lapide mundo congruenter ignis vocatur. Cum Joannes ait Epist. 1. n. 4. Deus charitas est, & Moyses Deut. 4. n. 24. & Hebr. 22. n. 29. Deus noster ignis consumens est. Vincitibus mundum datur hic lapis, ut vestimentum ad opediendum nigredinem peccatorum, & ut ardeant igne charitatis Dei, & proximi.

De Sacra Eucharistia.

369. Rupertus. Hugo. Viegas. Septimò Rupertus, Hugo, Viegas scilicet. 6. per calculum candidum Sacram Eucharistiam interpretantur. Et ideo per calculum quàm plurimi carbunculum intelligunt, & carbunculus appellatur, quia nimirum à carbone similitudinem ducere videtur, sicut enim carbo succensus, qua magnitudine subsistit, ea in tenebris positus refulget. ita & hic lapis è multis idem facere perhibetur. Si obijciatur quod carbunculus nequaquam candidus sit, sed igneus, respondet Aicazar ex Plinio lib. 37. cap. 7. quòd optimus carbunculus candidus est quòd visitur etiam in pruna, quae quo magis succensa est, eò minus nigri coloris habet speciem.

Corpus ergo Christi in Eucharistia est ad instar carbunculi propter candorem carnis ejus mundissimae & igneam vim amoris, quae rubet, juxta illud Cantic. 4. n. 10. Dilectus meus candidus & rubicundus. Vel etiam carbunculus dicitur effectivè quia in anima dignè suscipiente eximium puritatis augmentum infundit, & luce suae divinitatis mentem nostram illustrat, nostrae ignorantiae, ac mortalitatis tenebras excludit, ac depellit, communicans ei multam scientiam, lucem, ac splendorem divinitatis rerumque divinarum. Sicut enim carbunculus in obscuritate fulget, sic hoc Sacramentum inter nostram caliginosam obscuritatem respundet, & nitet, nostramque mentem alta scientia illustrat, ac illuminat.

371. Itai. Apoc. 21. Tertio, ut alii etiam explicant carbonem, seu carbunculum igneum, illum vide icet, quum Angelus de altari tulerat. Itai. 6. n. 6. ipso mandaturus labia Prophetarum. Contra ergo duo vicia Nicolaitarum edere sesciter, & fructus; ut dicitur hoc c. 2. n. 14. contra ergo gulam manna porrigitur, ut cibo caelesti animus refectus quodcumque terrenum epulum parvipenderet. Contra vero luxuriam ignis, m. ignitum Deus praebet carbunculum Eucharisticum, ut ignis Caelestis praeclearissimus carum tartareum ignem, quo fidelis premitur, extinguat.

372. Quarto, est alia translatio, ut Victorin Gemmam scilicet tanquam lapidem pretiosum in genere. Ansbertus egit Margaritam, ac si Christus in Eucharistia sit excellentissima Margarita, ut explicat Origenes illud Matth. 13. n. 45. Simile est regnum Caelorum homini negotiari quarenti bonas Margaritas, in qua una pretiosa. Tum etiam quia ut ait Plinius lib. 9. c. 35. Margarita symbolum unitatis est, eo, quod nulli habeat similem, Christi autem Coena similis non est alia; & quia hoc Sacramentum institutum est ad unionem inter fideles generandam, ut ait D. August. 26. in Joan. Propierea Christus hos Sacramentum in iis rebus instituit, quae ad unum aliquid rediguntur: siquidem ex multis granis unus panis efficitur, & ex multis racemis vinum.

vinum corruit Tum etiam propter illam mirificam unionem quam per sui communionem in Sacramento nobiscum efficit, propter quam concorporei eius appellamur ab Apostolo Ephes. 3. n. 6. Gentes ait, esse coheredes, & concorporei, & participes promissionis in Christo. Quem locum de Communione Eucharistiae intellexit noster D. Cyrill. Alexandrin. lib. 12. in Ioan. cap. 16. quam unionem summam appellavit. D. Dionys. Areopag. lib. de Ecclesiastica Hierarchia, cap. de communi. Et merito hic calculus promissus castitatis cultoribus, smaragdus pretiosa gemma interpretatur, quae adeo libidini adversatur, ut teste Pierio Valerian. in Hierog. lib. 41. cap. de smaragdo, frangatur, si quis eam secum habet, in perpetranda re venerea; quod confirmatur ex facto Isabelae Reginae Lusitaniae, matris Regis Ioannis 11. ut refert Garcia de Resenda in eius Chronica c. 11. cum Regina in eius conceptone haberet smaragdum magni pretii fractum esse asseritur. Quindò, Victorinus legit, dabo illi gemmam albam lucidam. Unde Alcazar notat. 6. ait: Videtur dicendum, calculum candidum esse adamantem, qui est gemma candida. Admas invicta vi, neque ferrum timet, neque ad ignem incalcescit; eius potentia tanta est, ut nil sit adeo durum, quod ille non facile perumpat. Quamobrem, merito cui datur manna Eucharisticum, datur ei etiam calculus candidus, seu Adamas, ad significandam ingentem vim, ac potentiam, quam Deus dignè communicantibus tribuit contra Haereticorum duritiam, ac iniquorum praevicationem, hostiumque insidias. Benedictus Fidele in Psalm. 2. vers. 2. Theoremate 4. n. 2. ex Alcazar aliam subjicit rationem nempe quod corpus Christi ideo dicitur Adamas, ut tibi ab eo caveas cum te justum existimas, culparumque sordium ignores expectem Acuminatus est Adamas, eique ac tribulo sive senti. Heb. a. idem nomen imponitur Samir; à radice, nempe Samar, quod originem ducit à verbo cavere; ut perhibent Doctores. Proindeque sicut à tribulo, imò ab ensis acumine sic à caelesti cavendum est mensa quamvis sit vita bonis, mors est tamen malis. Adamas est duro cortice, & spiculata superficie occurrit comedentibus. Oculos conspiciens Oseas ad nos Christianos Christum verum Deum hoc nostro tempore adorantes ait cap. 3. n. 5. Et pavent ad Dominum, & ad bonum eius, in novissimo dierum. Quomodo dicit Propheta ad bonum pavendum esse; si pavendum, quomodo bonum; Cùm timoris, & pavoris objectum sit malum imminens cui bonum oppositum est, proindeque consequenter bonum optandum, & appetendum, ac quarendum; quodnam est hoc bonum, ad quod pavendum est Hoc bonum sacra est Eucharistia, ut interpretatur Palacius ad citatum locum Oseae iuxta illud Isai. 55. num. 2. comedite bonum, & delebitis in crassitudine anima vestra, & illud Zachar. 9. num. 17. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines, Palacius citatus, Sine dubio Eucharistiam significat quod est frumentum faciens electos, & vinum ex libidinosis virgines

reddens, Eucharistia bonum est, quod pavendum, & timendum; nam cum sit summum bonum, summè timendum est, ne quis indignè accedat, & iudicium sibi manducet; ait Apostolus. Corinth. 11. Pro quo ait D. Thom. D. Thom. opuscul. 5. c. 18. Corpus Christi semper bonum in se manet, sed iusto iudicio effectus eius mutatur in eis, qui male eo utuntur: non quod res illa mala, sed quia malus, quod bonum est, male accipit. Ait Salomon Proverb. 82. num. 13. Aperi oculos tuos, & saturare panibus. Non loquitur sapiens de terreno, ac temporali pane; quem cum nec ossa ut carnes, nec spinas ut pisces habeat oculis clausis edere, ac deglutire valde commode possumus. D. Hieron. in cap. 55. Isai. ait, Neque enim credendum est, quod precipitur vescensibus, ut ad comedendum hunc panem, quo corpore nutriuntur, oculos aperire debeant, & saturari panibus. Sed ut ait Iansen. in cap. Proverb. 20. de Christi pane, intelligitur, qui descendit de Caelo, & dat vitam mundo. Non datur ergo nobis hunc sanctum panem comere nisi aperti, & vigilantibus oculis, cur etiam non oculos aperiant, ut vigilantes timorem ostendant; unde Camaleontes, cum nunquam à timore desistant, nunquam clausis oculis visunt.

QUESTIO L.

Circa calculum candidum alia expositiones, & probabiliores circumferuntur, explicaturque vera sententia.

Alcazar annotat. 6. per calculum candidum intelligit perf. altissimum gradum, & summi pretii apud Deum (ut apud homines habetur Adamas) ad quem perventurus Episcopus Pergami, si pro Evangelio fortiter cum hostibus pugnet: gradus autem hic est altissima Christi imitatio, & maxima apud Deum gratia, quae facile possit quamlibet superare difficultatem, dicens cum Paulo, omnia possum in eo, qui me confortat. Christus enim pro Dei gloria totum se devovit, atque pro ea usque ad mortem contra omnes ejus hostes decertavit, & qui in eo Christum imitatur ille in alto virtutum heroicarum, & Christianarum culmine consistit, ac donatur à Christo pretioso imitationis suae calculo, id est, carbunculo, vel adamante, quo summè dives, & laetissimus omni que metu depulso animosus, & gloriosus apparebit.

Secundò, Viegas sect. 5. Cornelius, & alii inquirunt, quod calculus candidus est sententia felicitatis, quam Christus profert in vincentes donabit. Calculus enim candidus veteribus symbolum erat, Primò rei faustae, & felicitatis; unde dicitur dies felix niveo signanda lapillo. Secundò absolutionis in iudicio sicut calculo atro notabatur condemnatio; unde

Ovidius lib. 15. Metamorph. sub initium, ait.

Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis Hos damnare reos, illosque absolvere culpa.

Deinde ut notat Aretas, athletae in agone, & vincenti dabatur calculus candidus: Loquitur ergo Joannes cum recenter convulsus ex gentilismo, unde alludit ad eorum calculos in feriendis suffragiis, victoribusque numerandis. Et ideo Syrus & Atabicus legunt, dabo comprum, vel supputationem clarum. Ait ergo Viegas quòd Christus est calculus nobis absolutionis, & vitae, & etiam quòd se undò est calculus supputationis, quia per Christi opera tanquam per calculos Deus rationes subdit omnium hominum, ut nimirum eos, quos Christi imitatores reperit gloriae praemiis, quos verò contemptores gehennae supplicii sempiterni afficiat. At ut ait Cornelius hic non agitur de calculo supputationis, sed de calculo judiciali.

Tertio, Ferrarius hinc ait calculum significare rem pretiosam solidam & poni quasi donarium summi pretii nam princeps suis ministris ob servitium valde carum donare solet pretiosum alicquod monile, pretiosam aequam gemmam, vel bullam. Hic autem Dominus pro magno servitio habet, ut hic Episcopus, & cum eo alii, qui comestiones, & fornicationes Nicolaitarum superaverint, tanquam vincuntibus in praemium promittitur nobilissimum donarium, quod calculus appellatur propter soliditatem, & pretiositatem.

Haec tres sententiae parum inter se differunt, & in idem serè coeunt ac proinde calculus sumitur pro re summi pretii ac gradu excellentissimo, quo quis constituitur summè dilectus, ac electus à Deo; ut vincens mundum, ac spurcicias ejus, & ab eo aeternae felicitatis sententia donatus, ut calculus candidus apud antiquos erat symbolum magne felicitatis, glorioseque victoriae, ac triumphii.

Ad hanc ergo pretiosissimam rem, scilicet electionem, ac dilectionem Dei cum sententia felicitatis aeternae suscipiendam, maxime innovandus est homo. Unde D. Hieron. Epist. 83. ad Oceanum, quae incipit, Nunquam fili, pro calculo candido legit calculum novum, quem interpretatur ipse esse cor novum, & spiritum novum, qui Ezechiel 36. num. 36. Justis promittitur, ut significetur dona Christi non nisi novo cordi, & novo spiritui inferenda esse.

Vaticinatur Zacharias Christi D. ingressum in Hierosolymam, Ecce, ait, Rex tuus venit iustus, & salvator: ipse pauper ascendens super asinum, & super pullum filium asinae Zachar. 9. num. 9. Seu ut legunt Septuaginta, super pullum novum. In quem locum Clemens Alex. lib. 1. Paedagog. c. 5. per pullum novum, non solum intelligit humanitatem, quae Verbo hypostaticè unita; est sed etiam reliquos homines, cum quibus per gratiam copulatur; ac si divinum Verbum non solum suam humanitatem novam, hoc est purissimam ac sanctissimam requirit: sed etiam animas nostras ab omni inquinamento pravitate mundatas, ac renovatas exoptet, ut in illas ingrediatur, sedeat, ac resideat. Sic ait citatus Clemens, Alexandrin.

Non satis, scilicet Propheta, habuit solum dixisse pullum sed etiam novum ei adjecit, humanitatis, quae in Christo unita est, novitatem & seni expertem cum simplicitate aeternitatem ostendens: tales autem nos novos pullos, qui infantes sumus, divinus noster ait pullorum Dominator.

Requentiorem annorum renovationem imperabat Judas Machabaeus, qui recepta urbe, & expiato templo, statuit, ut ageretur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annis, 1 Machab. 4. n. 58. hoc est, singulis annis. Quae festa Enceania, hoc est, festa renovationis dicebantur, ut ad memoriam templi semel renovati, novis semper virtutibus exculti, animi ac mentes renovarentur. Tamen d. Paulus non anniversariam, sed quotidianam renovationem postulabat: sic ait Hebr. 3. n. 13. Abhorreatis vosmetipsos per singulos dies, donec bodie cognominatur. Seu ex Graeco legi potest, Edificare vos. Hoc est renovate vos novumque aedificum aedificamini in Christo per singulos dies. Nam ut ait ibi Theodoretus, quoties oportet eos, qui vivunt, sui curam gerere: ne peccatorum loco occupato in nostro corde faciat impressionem.

QUESTIO LI.

Quare cum manna abscondito adjungitur calculus candidus?

Pro solutione quaestionis advertendum est id quod tradit Aretas, quod calculus candidus dabatur vincuntibus in stadio, vel theatro ad quem morem alludens Zenzenius antiquus octa, triumphalem Servatoris nostri diem hoc endecasyllabo cecinit.

O diem festum populis, diemque candidum, qui nos radians beatos Reddit, hunc signa niveo quotannis Musa lapillo.

Ecce cur cum manna abscondito conjungitur calculus candidus cui enim Deus dat suum manna absconditum, spirituales nempe consolationes tanquam carnis delicias, ac mandanas vincens, quae juxta communem sententiam, ut dixi supra q. 45. per manna absconditum intelliguntur, ipsi tanquam victori dat pretiosam rem: scilicet electionem, ac dilectionem, cum sententia aeternae felicitatis: vel si per manna absconditum intelligitur sacra Eucharistia, qui eam dignè accipit, ut victoriam, ac triumphum de omnibus referens celebrat, ac notat.

Secundò, Rupertus hic sic ait, quae utilitas consequitur accipientem hoc manna? Ait: & dabo illi calculum candidum. Qui enim dignè percipit hoc Sacramentum, sic resurget in novissimo die, ut corpore novo candorem habeat solidum; candorem sempiternum, sique corpus ejus quasi calculus, id est, splendida immutatio solidum. Cui datur manna Eucharisticum promittitur calculus candidus splendens fulgidus, ac solidus; qui enim dignè accipit hoc divinum pabulum, sic purgatur ac

Ephes. 3.

D. Cyrill.

D. Dionys.

172.

Eucharistia contra luxuriam. Pierio.

Resenda.

374. Victor. Alcazar.

Eucharistia dat magnam fortitudinem contra adversarios.

375. Fidele.

376. Eucharistia cum multo timore sumenda.

377. Oseas.

Qui ad Eucharistiam accedunt, pavent. Palac. Isai 55. Zach 9.

Palac.

383. Aretas.

Syrus. Arabic.

Corn.

381. Ferrar.

383. Vera sententia.

384.

D. Hieron. Novo corde Christi dona suscipienda.

Ezech 36.

Zach 9.

380. Viegas. Corn.

386.

Hebr. 3.

Græc.

Ti cods.

387. Aretas.

388.

Qui accipit Eucharistiam de omnibus victor.

389. Rupertus.

Ab Eucharistia via confurgit mors fugatur.